



**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.  
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

De Sanctorum Festiuitatibus Anni totius, & aliis solemnitatibus - Opvs  
Novvum, Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue] Scriptoribus  
plenißimum, cum occurentium fidei controuersiam tractatione .... Editio  
Qvinta. Nvnc Demvm Integre Svppletæ, Concionibvs Per Octauam Vener.  
Sacramenti ...

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1629**

In Festo S. Lavrentii Martyris.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56262](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56262)

munt ferro onusti, tunc cœlestes auxiliatores submittis & Angelos. Hem! quam es in consilijs sapiens, in auxilio promptus, in promissis fidelis, in consolationibus liberalis, in operibus ac mirabilibus tuis incomprehensibilis! Nefas erat eum, qui vt alios solueret, destinatus erat, in Herodiano carcere vincitum ligatumque remanere: rationi minime consentaneum erat, vt qui in aquis seruatus erat, & vndis sospes inambularat, in continenti tutus non esset, & in truculenti carceribus tyranni vitæ periculum adiret. Hæc mirabilium tuorum sunt opera, & potentia tuæ effectus, hinc honor, gloria, salus & benedictio tibi in æternum, hic ab hominibus, & in cœlo ab Angelicis spiritibus æterna beatitudine perfruentibus, decantetur, ad quam ingenuus nos Pater, & vnigenitus eiusdem Filius, atque ab vtroque procedens Spiritus S. deducere dignetur. Amen.

IN FESTO S. LAURENTII  
MARTYRIS.

## Partitio.

1. De martyrij præstantia.
2. De eiusdem elegijs.
3. De Martyris Laurentij martyrio speciatim.
4. De eiusdem in tormentis perferendis constantia.

*Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. &c. Ioan. 12.*

## FIGURA.

**V**eteri sacrificiorum lege cautum apud Iudeos erat, vt, si quando avis, vt turtur aut columba, Deo offerenda esset, in altari eadem subiecto igne cremaretur, & hæc victima holocaustum dicebatur, eratque suauissimi odoris sacrificium, Deoque quam acceptissimum. In figurâ ac ritus huius complementum videre hodie, vs in lege Evangelica, sanctus Laurentius velut atis quædam cœlestis.

*Bessai tom. 3. de Sanctis.*

stis, Deo jamjam immolandus, non in ara, sed in craticula subiecto igne collocetur, viuus concremetur, & grauissimi coram Deo cœli fideliumque omnium Domino odoris fiat holocaustum. Hæc de re hodie verba faciã, hoc hodie vniuersa Ecclesia Catholica summa religionis cultusque significatione admiratur, hoc item martyrium illud est, cui par nõ vidit orbis, quod cœlum iuxta ac terram in admirationem rapit, quod vt decurrere atque intelligere mereamur, ad Spiritum Paraclitum confugiamus, eiusque auxilium supplices inuocemus & gratiam, sed Deiparam, aduocata nostra ac patrona vt hic sit, adhibeamus, eamque ob causam cum Angelo Gabriele ipsam salutemus.

## AVE MARIA.

Inter sexcenta mysteria & magnitudine eximia & profunditate magna, quæ in Canticorum scripijs archiujsq; recondita latent, non postremum, meo quidem iudicio, locum obrinet aureum illud Salomonis Regis reclinatorium, vel cœnaculum, cuius ascensus & gradus erat purpureus, ac rubicundus. Per reclinatorium hoc vel cœnaculum designari nõ inconuenienter queat cœlũ ipsum, Dei palatium, illustre Sanctorum omnium refectorium, & gloriæ cœlestis locus, ad quã inter alias vias, per mortem potissimum & martyrium, velut per cruentum ascensum, & gradus purpureos aditus patet. S. Hieronym. inter alios hoc exponit modo, dum suis in Ezechielem commentarijs scribit, *Ascensum ha: et purpureum, quia maxima multitudo fidelium in exordio nascentis Ecclesie per martyrij sanguinem peruenit ad regnum.*

Eandem, opinor, ob causam in prouerbij de Ecclesia sub schemate nempe illustris cuiusdam matronæ, dictum est, eius *indumentum esse byssum & purpuram*: vt bysso quidem candida eius signaretur innocentia, purpureo vero & coccineo colore tribulationes eius & martyria. Ven. Beda hæc ipsa eadem plane ratione verba exposuit, quem loquen-

P p p

tem

I.

*In Ez. ech. li. 1. hom 11. Martyrium gradus ad gloriam cœlestem. Prou 31.*

*Beda in Cant. c. 3.*

tem hic faciam: *B. ffus, inquit, indumentum Ec-  
clesia est in candore pura conscientia & conversa-  
tionis, purpureus autem color sanguinis habet spe-  
ciem, unde pulchre dictum est à Patribus, quod Ec-  
clesia electorum floribus seruians, in pace habet li-  
liam, & in bello rosas.* Tancundem, id est, ac di-  
cere, Ecclesiam velut hortum quendam ac  
viridarium regum omnigenos diuersicolor-  
esq; proferre flores, eandemque dum pace,  
tranquillitate, & maliciæ quiete gaudet, ca-  
stissimas purissimasq; progerminare Virgi-  
nes, vbi v. bello premitur, persecutionibusq;  
exagitur, martyrib. abundare, atq; illas qui-  
dem candidis lilijs, hos autem vermiculantibus  
rubricantibusq; rosas esse persimiles.

Sanctus ergo hic Angliæ monachus mar-  
tyrib. rosas, aut potius rosas Martyres assi-  
milat, in quo ad S. Augustini alluisse, aut de-  
scripsisse potius verba videtur. Hic enim in  
quodam de Sanctis sermone sic loquitur: *O  
vere beata mater Ecclesia! quam vincuntium glo-  
riosus Martyrum sanguis exornat, & candida in-  
dunt Virginitas. si. n. us eius nec. ose, neclia de-  
sunt, notent igitur sing. li. amplissimas accipere di-  
gnitatum corona, ve. de. virginitate candida, vel  
de passione purpureas.*

Purpureus autem inter ceteros colores fa-  
cile princeps, symbolum est martyrij, nō tam  
quod tibeat, & ad sanguinem quam proxime  
accedat, quam quod Regum sit & Imperato-  
rum proprius. Hinc sponsa in Canticis sponsi  
sui dilectissimi crines regali eam purpura cō-  
parat, *coma capitis tui, sicut purpura rosæ: id  
est, capillitium tuum, carissime, non est vt  
ceterorum hominum, sibi simile nullum ha-  
bet, sed vti regia quaedam purpura emittit.  
Si litteralem seponere hic sensum necesse, vt  
anagogico sit locus, credo equidem spon-  
sam, qua Ecclesiam figurat, Martyres, quibus  
velut casarie & comis ipse Redemptor Iesus  
Christus, qui Ecclesie vertex est, non secus  
quam regio quodam paludamento, conde-  
coratur ac nitescit, designare intendit.*

Eandem ob causam & eodem intuitu bea-  
tissimi Martyres malorum puniceorum gra-  
nis aefragminibus, ob coloris scilicet huius.

regij ac rubicundi, qui hoc in pomo emi-  
cat, splendorem, esse dicuntur persimiles.  
Hoc videlicet sensu accipienda sunt illa Can-  
ticorum verba, *Emissus nos tua paradisi malo-  
rum puniceorum.* quæ hac etiam ratione Vene-  
rabilis Beda interpretatur, *Mala, inquit, pu-  
nica, qua sanguineo rubent colore, eorum in Ec-  
clesia trus. phos insinua. t. qui post fontis signat: ab-  
lutionem suo sunt etiam sanguine baptizati ipso-  
rum scil. Martyrum.* sed relicto colore hoc,  
iam alia de martyrio proferamus.

Egregium illius mihi schema representat  
Hais: *Eco ego sternam per ordinem lapides tuos, Is. 54.  
& fundabo te in Sapphyris, & ponam in spidem  
propugnacula tua, & porta tuas in lapides scul-  
ptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabi-  
les.* Certissimum est, eo loci ad litteram de Ec-  
clesia Prophetam locutum esse, a Iesu Chri-  
sto aliquando fundada: lapides porro in illam  
coaptandi fabricam, ordinatimque collocan-  
di, Ecclesie huius officiales ac ministros figu-  
rabant, qui suo singuli disponendi essent or-  
dine & dignitatis gradu; vti suo etiam tem-  
pore docuit Apostolus, *Quosdam quide. n. po. 1. Cor. 12.  
sunt Deus: sa. celestia primum. Apostoli. 5, secundo  
prophetas, tertio Doctores, & suo singulos gradu Omnia in  
& ordine contentos esse oportet.* Hinc est Ecclesia  
quod Prophetam eos: *ermantos.* & in terra col- certo quo-  
locandos dicat, vt humilitatem omnibus nec- dam ordine  
cellariam insinuet, deinde *is. ordinem dispo- & seriatim  
nendos, vt charitate mutua iuagendos do- disposita  
ceat. Simul vero vt ostendas, obedire eos, & sunt.  
ad summi architecti & fabri primarij se nu-  
tum dingi sinere debere.*

Admiraluper Prophetam, Ecclesiam in Sap-  
phyris fundandam, fundamento vere regio fu. da. nen-  
& gemmis admodum pretiosis, id est, in vris ta Ecclesie  
profus celestibus, ac diuinis, quales dubio sunt.  
procul fuere Apostoli, qui hanc forsā ob  
causam Ecclesie nostræ sunt fundamenta app-  
pellata, vnde in Epistola ad Ephesios legere  
est, *super edificari super fundamentum Aposto- Ephes. 2.  
rum Sed mysterij medulla ac nucleus, quod-  
que proposito meo maxime defertuit, est,  
propugnacula ciuitatis illius ac valla ex laspi-  
de esse constructa, qua re martyres repræsen-  
tari nullus dubito, cum ob fidei robur, tum  
vero ob apertas sanguinis in supplicijs effusi  
venas.*

Martyres  
rosas, virgi-  
nes lilijs af-  
similantur.

Ser. 37. de  
Sanctis.

Purpura co-  
lor regius.

Cant. 7.

Martyres  
comparati  
malogiana  
nis.

Cant. 4.

In Cantic.

Is. 54.

1. Cor. 12.

Ephes. 2.

Iaspis mar- venas. Quod vt melius intelligaris, notetis  
tyrum sym- velim, hanc inter ceteras Iaspidi proprietatem  
bolum. ac virtutem à natura inditam, vt aduer-  
sus inania terri culamenta & illustiones phan-  
tasticas robur audaciâq; animo addat, quod  
martyrio egregie admodum quadrat. Nihil  
quippe Martyrum est exemplo ad vanam  
mundi gloriam, quæ phantasmatis in mo-  
rem initio quidem aliquid præfert apparen-  
tiæ & splendoris, sed ad finem nihil inclu-  
dere solidi comperitur, repudiandam con-  
culcandamque potentius. Tum vero ad ti-  
mores, terrores, & inanes dæmonum con-  
sternationes exsuperandas, omnesq; qui sese  
offerunt labores magna animi cõstantia per-  
fringendos nihil eodem aptius ac conueni-  
entius: hæc siquidem omnia cum glorioso-  
rum Martyrum laboribus, supplicijs, ac cru-  
ciatibus comparata, non nisi vt vmbræ & va-  
na phantasmata habenda sunt: Iaspis autem,  
vera Martyrum imago, hæc omnia præfigu-  
rat.

Li. de exhort. S. Cyprianus porro quam in decantandis  
ad marty. Martyrum triumphis, eorumque laureis ac  
victorijs recensendis disertus est! *Martyrium*,  
inquit, *inestimabilis gloria, infinita mensura, im-  
maculata victoria incomparabilis titulus, trium-  
phus immensus.* Hæc quidem hætenus occa-  
sione hodiernæ festiuitatis, in qua Catholica  
nobis Ecclesia in clyti mortem ac passionem  
Laurentij, eius supplicia, tormēta, cruciatus,  
ac martyrium celebranda recolendaque pro-  
ponit, & hoc eius in honorem legendum: E-  
uangeliū præscribit, *Nisi granum frumen-  
ticadens in terram mortuum fuerit, etc.* Duo ve-  
ro hodierna potissimum cõcione paucis pro-  
sequar: primo de martyrij dignitate in gene-  
re agam, ac deinde singillatim gloriosi Mar-  
tyris Laurentij omnium Martyrum facile  
principis martyrium mortemque Deo propi-  
tio depromam.

Principio, magnus & illustris Doctor Au-  
gustinus in ijs, quos de S. Martyribus con-  
scripsit sermonibus, & quos in eorum hono-  
rem ac virtutis & generositatis celebratio-  
nē velut panegyricos, & olympionicias de-  
cantauit odas, per sepe bellorum vitur meta-  
phora, martyriumq; vt confictum, prælium,

ac cruentum certamen indiget. Quam ipse  
metaphoram mecum perpendens, mihi per-  
suadeo, S. Augustinum, ahoq; eum secutos  
Patres hanc ab Apostolo Paulo loquendi ra-  
tionem tropicamque phrasim esse mutuatos.  
Hoc porro modo Ephesos compellat ille  
Gentium Doctor: *Non est nobis colluctatio ad* Ephes. 6.  
*uersus carnem & sanguinem, sed aduersus Princi-  
pes & Potestates, aduersus mundirectores tene-  
brarum hæc um, contra spiritualia nequitia in car-  
nibus, propterea accipite armaturam Dõs, ut pos-  
sitis resistere in di. malo.* Quin & apud Hebræ-  
os iisdem vsus est tropis & metaphoris: *Depo-* Heb. 11.  
*neutes, inquit, omne pondus, & circumstanti-  
os peccatum per patientiam curramus ad prop. situm  
nobis certamen aspicientes in aurorem fidei & cõ-  
summatorem Iesum, cui proposito sibi gaudio susti-  
nuit crucem confusi ne contempta.* Hæc verba Martyrium  
ad martyrium nõ mediocriter neminem no-  
strum non inuitant, quod ipse certamē & cõ-  
fictum nominat, quod in eo fideles vere ad  
uersus mortem, diabolū, mundum, deniq;  
aduersus semetipsos decertent in quo certa-  
mine vt non deficiant animum despondētes,  
sed victoriam è contra consequantur, duos  
Apostolus stimulos quodammodo subdit &  
calcaria, primum patientiam, alterum Iesu  
Christi seruatoris nostri exemplum, qui pro-  
posito sibi gaudio & honore, quem patiendo  
sibi comparabat, omne probrum, infami im-  
dolores & supplicia, quæ illi in monte Calua-  
riæ crux erat allatura, nihili fecit. Hinc &  
Martyr, eius ad exemplum, posita sibi ob ocu-  
los gloria, quam morte & cruciatibus sibi ac-  
quirat, præter illum tolerantie stimulum, quo  
non mediocriter impellitur, supplicia omnia  
contemnit ac ridet, ac sæuissima quæq; tor-  
menta illi non nisi gaudia, flores, deliciae ac  
rosæ sunt.

Ceterum martyrium sanctorum est femi-  
narium, Christianorum gloria, vite radix, re-  
ligionis testimonium, veritatis sigillum, pati-  
entie triumphus, charitatis excelsus, cœli pro-  
pagatione colonia, Ecclesie multiplicatio, ac  
fidelium semen Exodi initio dixit Pharao-  
nem satrapis suis legimus, *Venite, sapientes* Exod. 1.  
*opprimamus filios Israel, ne forte multiplicen-  
tur. & illico subnectitur: Quantoque opprime-*

Sanguis  
martyrum  
Christiano-  
rum semen.

*bant eos, tanto magis multiplicabantur & cresce-  
bant* Idipsum in primigenia contigit Ecclesia:  
quo enim tyranni feritate & rabie perciti; ma-  
gis fidem pitebantur extinguere, Euangelium  
euertere, religionem perdere, crucem obrue-  
re, & Christianos, Ecclesiam fidelium morte,  
interitu ac sublatione auferendam & delenda  
rati, eo ipsa effloruit magis, eo eius statu  
fundatus solidius, sacramenta intualuere  
potentius, fides altiores egit radices, & Chri-  
stianæ fidei limites eo sunt latius propagati,  
& eo Iesu Christi seruatorum ac fidelium nu-  
merus redditus copiosior. Quam rem, Deiq;  
circa hoc providentiam demiratus è primis  
Ecclesie Patribus quidam dixit, sanguinem  
Christianorum effusum semen quodammo-  
do fuisse, è quo vno demortuo sexcenti de  
nouo exsurgenter.

Vinea cum  
Ecclesie si-  
militudo.

Hec animo voluens, mirari desino, cur to-  
ties, tum in parabolis, tum in ænigmatibus ac fi-  
guris, Redemptor ipse simul & Propheta, vi-  
nea cuidam Ecclesiam assimilari. Magna  
namq; ac miraminter vtramq; est similitudo,  
ac parallela proprietas, atq; hæc imprimis no-  
tanda est, & proposito meo mirifice deferui-  
ens, quod quemadmodum vinea eo crecit  
magis, vualq; copiosiores profert, quo pamp-  
pini plures ac propagines præsecatur; ita quo  
Ecclesia magis persecutionibus ac procellis  
exagitur, eo magis excrecat, ac latius fines  
suos extendat. Mors siquidem aliquot filio-  
rum eius aliorum plurimorum de nouo est  
productio.

1. Cor. 15.

Huc facit, quod apud Ioannem Saluator  
ait, *Nisi granum frumenti cadens in terram mor-  
tuum fuerit, ipsum solum fructum affert.* Eius enim  
vnius mortem vitas centum progignere. Vno  
quidem sensu denotabat, hominem nisi in ter-  
ram cadens, id est, humilians se, & præ humili-  
tate terram se esse agnosceus, se mortificet,  
vt quidem mundo mortuus esse videatur, so-  
lum manere, id est, nullam rem sibi, tum alijs  
vtilitatem afferre. Alio vero signat, gloriosos  
illos Martyres, velut vera frumenti grana, in  
Ecclesie aream turata, & in terram coniecta,  
& humi à tyrannis allisa, tormenti ac suppli-  
ciorum grauitate emorientes centuplum fructus  
attulisse, ac pro vna qua excidebant vi-

ta, centum alias Ecclesie reddidisse.

Atq; hanc ob causam veteres illi Patres *Lib. de Mar-  
tyrio.*  
nihil esse Ecclesie vtilius aut maius marty-  
rio censuerunt. Primus hoc de illo iudicium  
tulit & omnium nomine testimonium Au-  
gustinus, *Sancti Patres*, inquit, *nihil maius so-  
lutorius esse martyrio*, nihil dignius, nihil deni-  
que excellentius, vnde & Theodoretus rati-  
onibus & exemplis ipsum astruens ait: *Hinc  
est*, inquit, *quod cum multi viri fuerint in mundo  
celebres, t. m. victoribus clari, cum regia potestate,  
nulli eorum nunc in nostris tribuitur, nullius glorio-  
rum est sepulcrum nisi mart. rum.* Inde ad exem-  
pla transit, & veterum monumenta excu-  
tiens subiungit: *Vbi nunc sepulchra Alexandri, S. Martyres  
Iulij, Augusti, a t. ompij? memoria vero Ma-  
tyrium durat, & eorum nomina imponuntur fide-  
libus, & eorum sunt sepulchra gloria, qua olim  
m. bus inuisentur, & eorum ossa veneratio-  
ni habentur implatur, est illud & salm. CXXX  
V. 1. 1. Nisi honorati sunt amictus Dei. Certi-  
tissimum namque est, Martyres tametsi olim  
exiguos & pauperes in hoc mundo, hodie  
honore & gloria Cesaribus Alexandis  
& maxis mundi monarchis præcel-  
lere.*

In hoc scilicet martyrii magnitudo con-  
sistit: nec vero in hoc diuina, sed etiam magna  
quod in eo charitatis Christianæ perfectio &  
lemma fita sit. Et sane Angelicus Doctor  
Thomas, inter omnes virtutis actus, maxime  
martyrio demonstrari ait perfectionem cha-  
ritatis. Quam rei huius fundamentalem assi-  
gnat rationem, hæc est: eo quis eiga rem ali-  
quã magis affici perhibetur, quo magis eius  
causa contemnit, quod carissimum habet, &  
amplectitur arctius, quod maxime habebat  
exolum. Certissimum porro & exploratissi-  
mum est, inter omnia vita huius bona, vitam  
homini esse carissimam & intumam, nihil au-  
tem habere exolius ac fugere magis quam  
mortem, ac præsertim si doloribus peiuissa  
fit, quos corporea tormenta causantur, quo-  
rum metu & apprehensione ipsa etiam bruta  
multis abstinent voluptatibus, naturalibus  
diuina contenta, vt ipsemet Aug. *Lib. 13. qu.*  
testatur. Quæ cum ita sint, indubitatum est  
Martyrium inter reliquos humanos actus  
maxime esse perfectissimum, vt extremæ dilectionis  
moris nota,  
notam.

notam, & maximam charitatis argumentum, iuxta hoc Evangelij pronuntiatum, *Maiorem hac dilectione nemo habet, quam et animam suam ponat quis pro amicis suis & sane ratio hæc valida & potens est.*

Martyrium ergo honor, triumphus, premium & summus dilectionis est valor, ultimus amoris & charitatis erga Deum gradus etiam e Redemptoris sententia apud Ioan-

nem dicentis: *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam et animam suam ponat quis pro amicis suis.* Martyr porro mortem appetens, vitamque pro Deo exponens, maximum sane amorem patefacit, eoque facto super omnia diligere se Deum testatur, magis quam honores inquam, quam amicos, quam vitam quam seipsum, denique plus quam omnes omnino creaturas, qui ultimus, perfectissimus ac supremus amoris est gradus, quoque dari altior nequit.

Summus in lege Mosaica Sacerdos, e rituum ceremonialium præscripto in pectore & humeris omnium tribuum gestabat nomina, sed Dei viui nomen gerebat in capite aurea insculptum lamina: ut hinc manifestum fieret, si cor & humeri, id est, affectus & auxilium proximo rebusque mundi huius debentur, caput & locum supremum Dei summi amoris dilectionique impendendum. Atque hoc re ipsa martyr testatur, cum summi huius DEI amore mortem ipsam perfert, eius honorem, gloriam & amorem rebus omnibus anteponeus.

Legis quidam petitus cum a Redemptore petisset, e quo primum ac maximum in lege mandatum esset, audit ex temple ab eodem, *Diligis Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, ex tota uirtute tua, & ex totis uiribus tuis, hoc est primum ac maximum mandatum.* Quo audito responso subintrat legis peritus, *Bene dixisti, magister, quia & nos si Deum: quem qui eo quo dixisti modo & affectu diligit, na ille maiori afficere honore & amore nequit, atque hoc omnia mandata longe transcendit, & holocaustis omnibus ac sacrificijs multo est dignius.* Cum ergo Deum martyr ex toto corde, omni-ibus uiribus etiam cum uita sua di-

spendio diligit, sequitur tum iuxta Redemptoris, tum iuxta legis periti huius sententiam ac testimonium, maiorem illum, seipsum uero immolando, erga Deum amorem dilectionemque patefacere, quam veteres suis uictimis ac sacrificijs tam genere præstantibus, quam numero infinitis. Atque hoc scilicet quidam dilectionis est excelsus & summus quidam amor.

Accedit huc, quod martyr primum & maximum fortitudinis sit actus, qui ab aliquo exhiberi queat & ostendi. cum enim circa rerum arduarum exercitium uirtus uertitur, ipsa sane fortitudo præ alijs, id quod labores maximos includit, ac perdifficile est, pro obiecto habet, & exercitiorum suorum scopum & palæstram: eo quod mortem, quæ ex Aristotelis sententia omnium terribilium est terribilissimum, præ oculis ut scopum habet. Idem ipse Philosophus in Moralibus docet, fortitudinem, uelut occupationum suarum palæstram, mortis habere pericula: ipsa namque animum corroborat, mentemque confirmat, ne forte mortis formidine ac metu de statu deiciatur, a bono & honesto reiliat, & acepto uirtutis cursu deflectat. Cum ergo fortitudinis proprium sit animo vires adlere, eique in boni exercitio hoc uelut pondus, ac nutet, subijcere in alijs etiam conflictibus omnibus mors minime certa est: quia imo masculus animus alijs etiam mortem inferre non dubitat, suam ut effugiat, honoremque consequatur, & tamen si vitam præstante exponat periculo, ea tamen se minime priuandum arbitrat. At martyr extra ordinario quodam modo, & animo plane heroico & generoso in mortem ruit, supplicijs se exponit, sine ulla effugij spe aut fiducia, nisi forte miraculo quodam diuinitas subducatur. Et profecto manifesto vitam periculo exponere, cuiusque iacturam hauri perhorrescere, & in morte plenius quodammodo uellis tendere, animi generosi ac strenui iudicium est, ac summæ fortitudinis opus, & proinde summe deprecandam; aternisque laudibus dignissimum.

Abraham Patriarcha cum illustre hoc coram Deo simul & hominibus opus præstitit.

Gen. 22. Ppp 3 set,

Lib. 2 Ethic. c. 6. § 9.

Martyr manifesto se mortis exponit periculo.

Gen. 22.

det, vnigenam scilicet immolare filium in monte dum parat, & iam dextram in ictum librasset, Deus, ecce, eum pergere verans his eum vocibus compellauit, *Quia fecisti hanc rem*, id est, cum tam generose te gesseris, tãtos prætulero animos, vt nec proprio parcere statueris filio, cum tam illustre tentaris facinus, *multiplicabo semen tuum*, beabo te, prosperitate afflues, & tot ex te nascentur proles ac nepotes, quot calum stellas habet. Constat autem martyrium actum esse multo illustriorem, & martyrem qui ipsum subit, longe illustrius patrare opus maiorisque meriti: ipse namque se immolat, & magna animi constantia in mortis sacrificium consecrat, propriumque sanguinem profundere & exponere minime dubitat.

IOAN. 12.

Dixit olim apud Ioannem Redemptor paradoxon illud peregrinum, *Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit eam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam* nouum profecto & exoticum dogma, doctrina inaudita hæcæus, & recens ad omnium aures accidens. Quis audiuit, vitam & animam suam odio prosequendam, cum ipsa nos doceat & urgeat natura, nos vt ipsos præ rebus alijs diligamus. Illustre hic reconditum latet mysterium: nam per animam eo loci, vt & alijs plurimis, in sacris litteris vita intelligenda venit: ac proinde ex S. Augustini expositione, is verborum sensus est: Qui vitam amat, & delicijs voluptatibusque eam dedicat, genioque genialiter indulget, eius in perpetuum amittendæ se periculo exponit, at qui eam odit ac persequitur, ieiunio, maceratione, vltioneque eam affligens supplicijs, ipsam custodit, & in tuto collocat. Martyr porro profecto eam odio prosequitur, cum morti actorem illam obijciat, quo nulla dari cogitarique maior constantia ac fortitudo virilior in hoc mundo potest, in quo proinde ipsum Redemptoris consilium amplectitur, dum eam perdendo exolamque habendo, conseruat, & in vitam æternam summo cum honore custodit.

MAT. 10.

Eodem itidem sensu, sed alijs verbis apud Matthæum, eodem etiam ore dictum est, *Qui perdidit vitam suam propter me, inueniet eam*. Martyrum hoc

dictum est intuitu, qui suam tunc perdere videntur vitam, cum ad mortem ac cruciatum pertrahuntur: verum tunc potissimum eam inueniunt, & magno sane impendio, cum vitæ ad triduum forte vix duraturæ loco æternam sibi comparant. Huc ex parte sapiens alludit dicens, *Visi sunt oculis insipientium mori*, cum ad tormenta raptaretur, illi autem mortis pretio vitam sibi immortalem compararunt, & modo in pace sunt, æternæ gloriæ beatitudine æternum perfructes. Et sic cor in hominibus tormenta passi sunt, spes illorum in immortalitate plena est. Adeo vt generosi illi athletæ omnes mundi fortunæque casus & persecutiones neutiquam morati, moriendo vitam in tuto collocant, & in arena & stadio ipso expirantes, de aduersarijs triumphum luculentissimum agant, victoresque abeant.

Apud Matthæum dixit olim eodem loco Seruator, sed verbis paulo durioribus, *Qui non accepit crucem suam, & sequitur me, non est me dignus* id est, indignus est, qui meus dicatur seruus, meque Dominum habeat. Generosi porro martyres hæc in humores crucem accipiunt, & morti se exponunt: ipsi sunt, qui sequuntur Dominum; eiusque crucifixi imitantur exemplum: hinc ipso digni sunt, iuxta ea Sapientis verba, *Deus tentauit eos cruciatus, supplicijs, morte, & inuenit eos dignos se*, dignos inquam disciplina, dignos malitia, dignos denique amicitia sua & ad huiusmodi tentationum lapidem veluti lydium probatos dignos iudicauit, qui ad honores sustolerentur, dignos qui ad Iesu Christi conspectum admitterentur, dignos denique immortalis & sempiternæ gloriæ. Exclamare ergo iuuat: O ingens martyrij decus, & summa eiusdem excellentiæ cum amaritudine in dulcedinem, spinas in rosas, putrescentiam in zibethum, probum in decus, lachrymas in delicias, mortem denique in vitam lætissima metamorphosi commutat.

Certissimum est autem & exploratissimum, peccati pœnam mortem esse, & in primi parentum nostrorum delicti castigationem, iam inde in terrestri paradiso lata Dei sententia omnes omnino mortales morti & corruptioni securæ adiudicatos esse; at infamem

hanc

Martyr vitam exorsus in vitam æternam custodit eam.

Martyres moriendo vitam nascuntur.

Mors peccati pœna.

hanc poenam, & probrosam maculam in maximum decus & gloriam conuertit martirium. Præcunte hic mihi habeo magnum Augustinum, qui libris de Dei ciuitate id ipsum docet, *Mors poena nascens, si pro iustitia pietateque pondatur, fit gloria renascens.*

lib. 6.

Rom. 6.

Phil. 115.

Epist. 12.

Martyrium summæ potentiaë triumphus est.

1 Reg. 19.

Allegoria.

Apostolus item in ea, quæ ad Romanos, palam docet mortem esse peccati stipedium ac mercedem, id est, poenam & castigationem. Nemo id quid negarit, at si mors hæc Dei nomine perferatur, hoc peccati manubium, & hoc probum, hæc infamia nota, ac turpis & funesta hæc poena in honore, gloriam, triumphum, vitam denique commutatur, secundum illam Psalmographi sententiam, *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius, atque in primis Martyrium.* in quæ verba hæc paraphrasin cudit S. Cyprianus, *Pretiosa mors, quæ emittit immortalitatem pretio suis sanguinis, quæ accipit coronam de consummatione virtutis.*

Equidem insuper addidero martirium esse supremæ cuiusdam potestatis triumphum, & maximum benignitatis, mansuetudinis, ac superius contemptus perfectionem, & Martyr quippe vitam prodigens de veteri homine triumphat, prauos affectus retundit, passiones refrænat, seque ipsum Deo totum in gratissimum offert sacrificiû. Proposito nostro mirifice quadrabit, quod in primo Regum libro legere est. Achis regis Philistæi Satrapæ & optimates coacti in consiliû, de Dauidis exeri commoratione inter se consulenti, hanc tandem vno ore tulerunt sententiam, *Quomodo hic poterit placare Dominum suum nisi in capibus nostris, cum eo simus inimici?* Verus illè homo, magnus & natus Dei aduersarius est: eum ergo qui morti addidit, & in crucem rapit, Dei iram placat illi reconciliatur, eius gratiam sibi comparat, indulgentiam admissorum obtinet, remque illi præstat longe acceptissimam. Hoc autem martyr facit, qui animo virtuteque plenus veterem hunc tyrannum crucifigit, inueteratas illas rebelliones eradicat, omnes animi impetus retundit, commoda propria pedibus proterit, & insigni quadam mentis generositate & constantia plusquam humana, solum hoc

ab homine mutuata, quod humano more velit, in mortem ruit.

Facit huc non minus eleganter, quod 1. Reg. 18. eodem legere est libro, vbi dicitur, *Non indiget res spon, alibus, sed tantum centum praprijs Philistinorum, ut fiat ultio de inimico regis.* Scire vultis, e quo hæc spester allegoria? aures arrigite, mox dicam. Regum Rex Deus idem penitus ab illo poscit, cui benedictiones suas & gratias impertitur, ut nimirum prauorum affectuum suorum præputia ac superfluitates reseceret, quo de inimico suo, id est, veteri homine, fiat ultio. Hoc autem Martyr de veteri homine illustrem vindictam sumens, cum proprio pessumdans amorem vitam se exiit, mortis tormentis se exponit, crucemque, exculeos, extremaque supplicia pugilice & constantiter tolerat.

Martyr de veteri homine ultionem sumit.

Atque hoc est, quod ipse Redemptor suipius abnegationem vocat, & omnis vitæ spiritualis esse basin dicit, *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* Matth. vero cap. 10. violentiam quamdam nuncupat, *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Apostolus mortificationis id donat nomine, dum Romanis scribit, *Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuatis, &c.* Alias etiam crucifixionem appellat, uti in ea quæ ad Galatas, *Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* At ipse Dei filius verbo vnico vitæ odium vocat, *Qui odit animam suam in hoc mundo.* Hæc porro omnia dicta quadam ratione martirium in se complectitur: qui enim ad ipsum se accingit, primo seipsum abnegat, eolum violententer rapit, opera carnis perfecte mortificat, cum ipsam exculeis, tormentis & cruciatibus offert, corpus quoque & membra crucifigit cum concupiscentijs, dum letho ea exponere non veretur; vitam denique & animam suam odit, eam negligat, & supplicijs & tyrannorum violentia tradat perdendam & enecandam.

Matth. 16.

Luc 8.

Matth. 10.

Rom. 8.

Gal. 5.

Ioan. 12.

Martyrij profectio.

Martyrium ergo mirabile omnium maxime admirabile est, suipius victoria, mortis contemptus, athletarum Iesu Christi gloria, animarum fidelium palastra, animorum generosorum examen, primarum fortitudinis

Martyrij præconia.

dinis opus, charitatis perfectio, omnium denique virtutum Christianarum theatrum. Huic insuper regnum cœlorum certissimo velut merces debetur. In huius rei signum in Apostolorum Actis cœlum protomartyri Stephano referatam visum legitur, cum iam ad extrema vitæ per lapidum imbrem redactus esset; unde ipse ad rei huius nouitatem stupefactus exclamat, *Video cœlos apertos, & lesurum stantem à dextris virtutis Dei.* Vt hinc manifestum fiat, cœlum martyribus semper patere, eoque vbi primum corporeo hoc vinculo soluntur, alterius vitæ possessionem adire, in qua verba beatitudo sita. Docuit hoc Redemptor suos, dum in mōte sic turbas est allocutus, *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quo iam ipsorum est regnum cœlorum.* Martyr, qui propter iustitiam persecutionem tolerat, & Dei nomine recta cœlos petit; nihilque impedimento est, quo minus possessionem eorum adeat, & eorum reddatur compos.

Hebræi olim mare rubrum, quod modo Erythræum dicitur, sine vilo impedimento & pede sicco petuio itinere pertransiere, vti Sapientia cap. xix. legitur. Mare rubrum, cruentum martyrij mare est, in eo via est recta in cœlum dirigens, ac sine vlla peccati pœnæque remota eo conduens: vti namq; *In Apologet.* Tertull ait, *Omnia huic o. eri. id est, martyrio donantur, cum amnamur à iudicibus, à De absolutum.*

Ergo Martyrij est prerogatiua, quæ illi cum aquis baptismi communis est, cœli ianuas semper vt patentes habeat; homines tum beatos reddat in cœlo, tum in terra apud mortales immortales; honorem ijs hoc in mundo immensum afferat, & æternam in altero gloriam. Postquam Gedeonis & commilitonum eius, quas secum in bellum tulerant, lagenæ contractæ sunt, quod ijs conclusum erat lumen, subito omnium oculis comparuit. Hoc sanctus Gregorius Martyrib. adaptat; quo enim illi magis affligebantur, cædebantur, torquebantur, exagrabantur, ac supplicijs exhauriebantur, eo magis reconditum in animo virtutum ac gratiarum lumen ostendebant.

Confiderate vobiscum, obsecro: ecquod

protomartyr Stephanus lumen, quam claritatem, quem fulgorem foras emiserit, dum cum lapidibus aduersarij rabie ac furore perciti adobruerent, & obrutum neci dederunt? Hæc namque de illo Acta Apostolorum habent: *Postis autem genibus, clamauit voce magna dicens: Domine ne statuas illis hoc peccatum.* O lumen admirabile! o patientiam inæstimabilem! o amorem erga proximum ineredibilem, & hæcenus inauditum! Ecquod etiam ab Andrea in cruce actio lumen emittit? quale vero quamq; illustre ab Laurentio nostro in craticulam coniecto, & medias inter flammis posito prosilij? de illo iam loqui oportet, quo ita ad alterum orationis membrum dilabamur.

Vix vllus est Ecclesiæ Doctorum aut veterum Patrum, qui non in clytym & admirabile sancti Laurentij Leuitæ martyrium celebrant, & omni generis præconijs accumulunt; hinc nemo est, qui non eius in honorem orationes, panegyricos, sermones, homilias, concionesque conscripserit: Leo magnus in primis, sanctus Ambrosius, & Maximus ad Italos. Inter ceteros porro hoc illi occidit clogium Leo Magnus, *Quam clarificata est Hierosolyma Stephano, tam illustre fuit Roma Laurentio.* Scripsere de illo & Afrii Augustinus, Græcis Gregorius Nazianzenus, & Ioannes Chrysostomus, alijq; alijs in locis & ad alias gentes.

Nemo non sanctorum inuincibilem hunc animum & indomitum tormentis robur, hæcenus nec visum, nec auditum in adolescenti corpore, demiratur. Sanctus Ambrosius S. Laurentij & Augustinus tribus illum pueris in fornacem ardentem Babylone coniectis, & inde ratis sine vlla vstulatione non sine miraculo educitis assimilant. Addunt quoque vniuersam ceaulam cœlestem illustri pugilis huius certamini spectatricem adstitisse, & martyris viso robore & generositate, non mediocriter obstupuisse, iuxta illud Apostoli ad Corinthios, *Spectaculum factissimum mundo, Angelis & hominibus, id est, orbi vniuerso, cœlo terræ, & omni bus omnino creaturis.* Sermo est sanctorum Martyrum Apostoli ore loquentium.

Doctissimus Rupertus ad martyrij eius genus

Lib. 1. de  
divis. offic.

genus alludens de illo veluti pisce quodam alio loquitur est: *Laurentius*, inquit, *unus & bene notus de magnis illis piscibus, & piscis magnus, idemq; assus, cuius assatura suaviter in tota flagrat Ecclesia.* Eisdem metaphoris vsus est & sanctus Augustinus & verbis pene isdem. *Idem*, inquit, *de magnis illis piscibus, quos Petrus traxit ad terram, convenienter hic electus est, qui Christo assaretur.*

III.  
lib. 4. de di-  
vino offic. c. 9.

Idem ipse Rupertus libro supra memorato, hunc ipsum Laurentium a belu isto innocuoque comparat. Audite loquentem: *Sicut in prima, et in Ecclesia pro martyris Abel sanguis iustus clamat de terra; sic in Romana Ecclesia pretiosa mors beati Laurentij novo & inaudito genere passionis clamavit in cœlum, & auditus est per mundum & universum.*

Levit. 6.

Allegoria.

Admirabile hoc eius martyrium mille in lege Mosaiica, Psalmis, & Prophetis, factis, oraculis, figuris & præfagiis designatum fuit ac representatum. Quoad legem Mosaicam namque in Levitico legimus, *Hæc est lex holocausti, cremabitur in altari tota nocte usque ad mane.* Hoc non inficite de gloriosi Martyris Laurentij morte exponi capique possit. eius namque martyrium verum ac perfectum holocaustum existit; eo quod corpus eius in craticula & carbonibus tota passionis eius nocte ad usque alterius vitæ auroram, ac donec æternæ gloriæ illi sol oriretur, crematum fuit.

Psal. 16.

In Psalmis vero hoc illi quadrans reperitur in sextodecimo quidem: *igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas*, quod dubio procul ad generosum & innocuum athletæ nostri animum referri queat. Solius quippe Laurentij est, hisce verbis vri, ac libere & audacter profiteri, igne, craticula, carbonibus, & doloru acrimonia tolerantia: meæ robur examinasti, animæ meæ fortitudinē expendisti, & eiusdem periculum fecisti, nulla interim, in me est inuenta culpa, erratum nullū, & omni in re mea tibi eluxit innocentia vitæq; sinceritas.

Eccles. 3.

Oraculorum autem Propheticoꝝ plurima hunc in scopum collineat. Ab Ecclesiastico ducam exordium, in cuius postremo capite quæ leguntur, Laurentio nostro mirifice nec inconcinne adaptes: *Liberasti me à pres-*  
*Bessai som. 3. De Sanctis.*

*sura flamma, qua circumdedit me, & in medio ignis non sum astutus.* An non hoc in Laurentium nostrum eleganter quadrat? quisquamne melius aut meliori iure hæc eo viurpare verba poruit? an non ipse solus velut inuictus & indomitus quidam adamas, atq; incōsumptibilis Salamandra, flammis restitit, & igni impositus de animi constantia neutiquam remisit?

In libro Iob hæc occurrunt verba, *Proba-Iob. 23. bis me quasi aurum quod per ignem transt.* Crediderim equidem de seipso Iobum loqui, & de afflictionum, quibus eius patientiam probavit Altissimus, igne hoc intelligendum. Et quamvis non nisi metaphorica & ænigmatica loquendi hæc ratio sit; veretamen ac sine ænigmate pure simpliciterq; dicere Laurentius noster potest: *igne me non aliter probasti & examinasti, quam in fornace aurum* S. Laurentius igne examinatus.

Eodem in libro aliud est, & ad martyris nostri carbones insigniter quadrans. Capite namq; 30. dicitur *caput mea denigrata est, & ossa mea aruerunt.* Dices, Iobum his miseriis suas, afflictiones, & rumnasq; verbis insinuaré voluisse. Equidem haud diffiteor, non obstar tamen, quo minus & S. Laurentius ore Prophetæ de se dicat. *Ignis latera mea amburens uniuersam cutem meam denigravit, atque ossa mea in craticula arefacta in cineres conuersa sunt.*

Aliud suggerit Ezechiel, *Ecce igni datum est in escam, & utramque partem eius consumpsit ignis.* Nemo negarit, quin hoc de inuincibili martyre Laurentio capiendum sit. Ipse enim meos in ignes coniectus est, ijs pabulum futurus & alimentum, & illius verumq; latus incendio consumptum. Constat etenim generosum hunc pugilem tortorib. incendiarijs ac tyranno media inter tormenta dixisse, *Aspisti unam partem, versa aliam, & manduca virtus incomparabilis! o animus, qui parem non habuit!*

Inter ceteras Salomonis paræmias hæc mihi præ alijs ob excellentiam ac venustatem arridet, *Sicut igne probatur argentum & aurum camino, ita corda probat Dominus.* quod ipsum & cap. 2. Ecclesiastici reperitur. Fateor quidem hoc de omnib. in genere hominibus

intelligendam, generoso tamen huic athletæ singillatim etiam accommodari potest. Deus enim optimus maximus corpus eius, cor, animum, & tolerantiam igne examinavit, nonsecus atque aurifex suum in camino aurum.

Hæc quidem sacra sunt de Laurentio testimonia è diuinis litteris petita, iam figuras ex eodem horro decerptas depromamus. Occurrit primum illa, si vel figura vel symbolum dicenda sit, parui interest, in libro Ecclesiastici: *Quasi thus redolens in diebus æstatis quasi ignis effulgens & thus ardens in igne.* Non ignoro ad litteram metaphoricum hoc elogium de summo Pontifice Simone accipi debere; mystice tamen ac figurate vitam ac mortem magni Leuitæ Laurentij eodem exprimi, haud vanus mihi sum augur. Ipse namque suaue quoddam thus exstitit, & gratissimus suffitus carbonibus accensis inardens, idque in die æstatis, id est, sub primigenia Ecclesiæ tempora. Oblitit siquidem Deo acceptissimum sacrificium, aut verum potius holocaustum, cum totus igne fuerit consumptus, nullumque unquam thus aut thymiam gratiorem odorem ac fragrantiam efflauit.

Admirabilis huiusce sacrificij alia in Leuitico figura præcesserat, vbi dicitur, *Si autem de craticula fuerit sacrificium, æque similia conspergetur oleo, quam offerens Domino trades manibus sacerdotis; qui cum obtulerit eam, tollet memorial de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino.* Dicere fas est, ac iure meritoque dicendum, à S. Laurentio de craticula Deo esse sacrificium oblatum, cum in craticula affatus fuerit, & oleo insuper vndique conspersus, id est, pietate & feruore diuino totus perfusus; vti namque oleum flammarum & ignis est alimentum, & ignem cogit inualescere & gyros conuoluerè elatiores; ita dilectionem Dei accendit pietas ac deuotus animi affectus. Vt persæpe in re culinaria fieri constat, vt caro oleo inuncta non aduratur, tamen igni superposita, ita & in hoc feruore & pietate sancti Laurentij contigit, et si enim illius anima ignibus superposita fuerit, ne vel minimum tamen est vstulata, id est, animus illius

ne minimum concidit, nec de robore solito quidquam amisit, vt in ipso illud Isaia adimpletum fuerit vaticinium: *Cum ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te.*

Primitiæ frugum nouarum si quando in lege Mosæica Domino offerendæ essent, hic erat seruandus ritus: *Si autem obtuleris primitias primitiarum frugum tuarum Domino, despicis adhuc virentibus torreis igne, & confringes in morem farris, fundens oleum super ea, & thus imponens.* Vt rem hanc proposito accommodemus, dicimus Ecclesiæ, dum frugum suarum, i. e. Martyrum ac Sanctorum, inter quos S. Laurentius inter primos fuit, & in ætate etiamnum viridi, offerre vult primitias, voluisse, vt ipse torreretur, & igne vstularetur, & in modum farris comminueretur, misericordiæ oleo, & orationis thure superinieceto.

Eodem in libro verba hæc, veluti ritualia & ceremonialia, leguntur, *Omne sacrificium Sacerdotis in igne consumetur, nec qui quæ comedit ex eo.* S. Laurentius de ordine erat sacerdotali; seque ipsum Deo in sacrificium dum vult offerre, secundum legis Mosæicæ præscriptum ac pronunciatum, igne erat consumendus, & carbonibus flammisq; ad cineres vsq; torrendus.

Madianitis profligatis, & manubijs spoliisque ex hoste relatis Mosi ante pedes politis, sic vniuersum populum à prælio reducem Eleazar sacerdos est allocutus, *Hoc est præceptum legis, quod mandauit Dominus Mosi, aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omne quod potest transire per flammam, igne purgabitur, aqua expiationis sanctificabitur.* Hoc quidem legis præscriptum; sed illius iam dabimus mysteriū. Perpetuum Deum inter & mundum certamen est; mundo ergo subacto, & sanctis præda eius ex agro intercepta onustis ad suos redcutibus; cælo iussu est, omne vt aurum, argentum, æs, ferrum, ceteraq; metalli genera, id est, Sanctorum maximi & illustrissimi, & Martyrum generosissimi fortissimiq; flammis injicerentur, ibiq; expiarentur, vti Laurentio nostro factum est. Ceteros vero sanctorum, quib. ad huiusmodi flammam ferendas

Ecclesi. 50.

S. Laurentius assumitur thuri in ignem coniecto.

Leuit. 2.

Figura.

Num. 11.

Figura.

das

das vires non erant, aqua expiationis sanctificari. i. e. per poenitentiam, lachrymarum effusionem, vitæq; austeritatem ad perfectionis apicem pertingere Deus voluit. horū de numero sunt Confessores, Doctores ac sanctæ Virgines.

In sacris voluminibus varias etiam gentium circa ignem abominationes legere est. Samaritanos enim in quarto Regum libro legimus filios igne lustrasse, *Et consecrauerunt filios suos per ignem.* Eadem Manasse Regi ascribitur impietas eodem in libro, *Et tradidit filium suum per ignem* & in Paralipomenon libro, *Transireq; fecit filios suos per ignem.* De impio Achab eadem inibi legitur superstitio, *Ipse est qui adoleuit censum in valle Benemmon, & lustravit filios suos in igne iuxta ritum Genium* Laudatur porro pius rex Iosias ob abominanda hæc sacra abolita lustrationesque sublatas, vnde legimus, *Contaminavit quoque Topht, quo est in conualle filij Ennon, ut necno c. nse raret filium suum per ignem Moloch.* Eiusdem quoque impietatis meminit Psalmographus dicens, *Iuvenes eorum comedit ignis.* Quod autem gentibus impietatis, sacrilegij & abominacionis nequissimæ ac superstitionis nota fuit, apud Christianos in insignis sanctitatis argumentum, & vt veræ Religionis signum Ecclesia habuit, si filij nimirum sui igne lustrarentur, & Deo vero per flammam offerrentur, vti hodie Laurentius noster, cuius animus ab igne diuino æstuabat introrsum, quemadmodum foris vniuersum igne materiali corpus ambulabat.

Angelus cælo delapsus hæc Esdræ sacerdoti iussa perardua proposuisse legitur, *Vade, pondera mihi pondus ignis, aut mensura mihi ventum ventis, aut reuoca mihi diuina que praterit.* Cui illico Esdras, *Quis natorum poterit facere, vt me interroget de hæc?* Laurentio nostro quaestio nis huius sublimis solutio ac responsio referuata est, Esdræ; solus ipse inter reliquos hominum ignis tibi dicere pondus poterit, vt pote qui ab vno latere affatus, sciens iam id satis superq; tostum esse, tyranno dixerit, vt in aliud verteretur, tantundem vt & in illud ignis sciret.

In Prouerbijis varias Salomon difficultates

ac quaestiones proposuit, atq; hæc inter ceteras: *Numquid potest homo abcondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius?* Quærenti quis respondeat, id quidem iam olim Babylone factum esse, vbi tres adulescentes medios inter ignes constituti, & flammam tam in sinu quam corpus circumflectus ambientem habentes, vestibus tamen & membris illæsis ac sospites e camino prodire. Sed hæc ipsa in Ecclesia nostra denuo contingere, Laurentius noster locupletissimus est testis: ipse namque ignem non sinu duntaxat abscondit, sed vniuerso etiam corpore excipit; nec prunis tantummodo inambulauit, sed sine vlla formidine, interritus & impavidus, in craticula medios super carbones extendisse, quantum quantum erat, à carnificibus passus est.

O supplicium inauditum! o cruciatum nimis quam atrocem! o tormentum intolerabile, ac minime ferendum! Referens ad Hebræos Apostolis veterum Sanctorum afflictiones & crummas, quas Dei causa subierunt, & acerba mortis genera, quibus vitam suam illustres ac generosi martyres exposuere, hæc seriem texit, *Alij vero ludibria & verbera exserti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt, egentes, angustiani, afflicti.* sed si addidisset, *Combusti sunt, tosti sunt, super craticulam positi sunt,* quam porro maiorem narratione horum cōmiserationem excitasset? quam eius fuisse oratio lamentabilior? quis sine lachrymis, aut sicco eam oculo legere, recitare, audire potuisset?

Hierosolymorum ruinam, excidium ac destructionem & piorum exagitationem exaggerans Psalmes, sic apud Deum optimum maximum conqueritur, *Deus veniunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt morticina seruatorum tuorum escas volatilibus cæli; carnes sanctorum tuorum b. stis terra.* Hæc quidem tristis est cantilena & elegia; tristior vero sit, & luctuosior, ac maiorem crudelitatem spirans, audire ac dicere alios viuicomburio absumptos esse, alios craticulæ superpositos tostos esse, per ignem & prunas ardentis non

4 Reg. 17.

4 Reg. 21.  
2 Par. 33.

1 Par. 28.

4 Reg. 25.

Psal. 77.

4 Esdr. 4.

Quæsitæ  
per difficultatē  
Esdræ  
ab angelo  
data.

Prouerb. 6.

Dan. 3.

Hebr. 11.

Magnæ San-  
ctorum af-  
flictiones.

Psal. 78.

mallos in cineres abiisse, vti Laurentio nostro contigit, qui et tyranno subditus est supplicio, cui nullum vtiquam est par seu visum, seu auditum.

Iob. 6.

Patentia S. Iobi collata patientia S. Laurentij.

Iobi ærumna & afflictiones à nemine non magno verborum pondere exaggerantur, cuiusque patientiam passim omnes mirifice celebrant; is tamen malis adobrutus ac tantum non immersus, legitur quasi impatiens exposuisse, *Qua est n. fo. ti. udo mea, vs. sustineam? aut quis finis meus. Et patientiam? nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ar. ea est.* Perinde ac si dicere velleret, lapidum ac saxorum instar sensus expertus non sum, nec vt æs ferreum, nec præcordia ferrea, tam graues vt ærumnas ferendo sim. Dicerene autem hoc in genere eo Laurentium fortiorem existisse, & victorem hunc martyrem maiorem tolerantiam, illustriores animos, & constantiam inuictiorem prætulisse? Temerarium hoc fortasse cupiã, aut hyperbolicum videatur: nihilominus dicere mihi fas erit, si non maiorem, parem tamen, nec inferiorem & proximè accedentem Laurentio nostro magnanimitatem ac constantiam fuisse. Post Iobum enim, quis vtiquam amicorum Dei intensiores vehementioresque subiit cruciatus? Videte enim illum in craticula extensum, medios inter ignes constitutum, ignis superpositum prunis, ardorem explodentem, & carnificibus supplicij administris insultantem.

Lib. 9. ep. 69.

In cælum vsq; laudibus euehunt Romani Mutium Scauolam, eiusque tolerantiam nusquam non deprecant, quod igni in tepidus errantem in percussione purpurati dextram, iniecerit eam ardentem siccis oculis ad stuporem omnium in cineres redigi ceineret. Inter alios sic de illo Seneca, *Non dubito, inquit, quin magis laudauerim i. rridam i. am manum Mutij, quam cuiuslibet fortissimi saluam.* Ceterum si Romanus hic adolescens tantis omnium celebratur laudibus, quod vnam tantum foco dextram iniecerit, quantis, obsecro, Laurentius noster dignus est, qui toto flammam in corpore pertulit, prunis se torreti finens, in craticula succensa extensus, super carbones versatus, Decioque & eius sa-

tellitibus media inter tormenta insultans. Nulla inter vtrumque sane comparatio est, eiusque cruciatus Mutianos longo superant intervallo.

Equidem dum generosum hunc athletam S. Laurentium & infractum martyrem in supplicio acerbitius Salamandrae ridentem volutumque in prunis promandæ affimularum. Quam merenti comparare auisim, aut infectus illis ab igne dictis pyrausta, quæ magno natura stupore in igne nascuntur & viuunt, & in fornacibus succensis agunt. Aut vero Achatii gemmæ, aut illi, quam Hispani *Laxiam* vocant, grandinis in modum efformatæ, comparare: cuius ea est dōs & quidem maxime mirabilis, quod igne non modo non consumatur, sed ac calefiat quidem; non flamma eam adurere, non æstus peruertere queat, sed contrarijs frigidisque qualitatibus gaudeat.

Linum Carpathium ferunt ignes non metuere, & flammis ipsum injici solitum, vt alioem induat, adeo vt qui cetera omnia denigrat & consumit ignis, huic vni splendore & colorem addat ac conseruet. Credite, Auditores, hæc qui admirabilia obstupefecerit, maiorem vehementioremque Laurentium virtutem & habuisse & exseruisse: heroicus etenim animus illius igne superati domarique non potuit, & quæ ad desperationem indignationemque alios redigere incendia solent, spem illi & tolerantiam suggesserunt, omni genera gaudia attulerunt, & immensam gloriam ac meritum segetem pepererunt.

Præcis Græcorum monumentis proditum est, fuisse nonnullos, qui spectantibus mirantibusque plurimis, in sacrificio Apollinis, illasi & indemnes prunis inambularunt. Vix fidem laudant hoc apud me aliosque cordatiores inuenit; sed non illimum est, & certo certius, S. Laurentium martyrem non tantum prunis inambulasse, sed toto etiã corpore super easdem extensum fuisse, & magno Romanorum omnium cum stupore incendia, flammam & titiones ardentem pertulisse.

Huic ergo athletæ adaptare velim perdifficilem illum Psalmistæ locum, *Dominus o. Psal. 40. per me serui illi super lectum doloris eius, vniuersum frax.*

*Circula* *Laurentia* *nalectus* *ditus* *fratrum eius versasti in infirmitate eius*. Non incommode hic de S. Laurentio capi queat, cuius craticula egregie & merito lectus queat doloris appellari, in quo victor hic pugil & infractus palæstrita recubuit; atque hoc in amaritudinis lecto opem illi Deus Opt. Max. tulit, & auxiliaturus misericordie eum oleo iunxit, eo quod omnes disperit, & dedit pauperibus facultates. Deus porro lectum hunc afflictionis versat, inuerset, & ambit, ut solatium auxiliumque afferat, & in manu valida ardentem protegat.

*Martyrium* *S. Laurentii* *theatrum* *mirabilium* *Vidistis* *auditores*, eruentam martyris generosi tragediam, quæ sine & lacrymas oculis & commiseratione pectore elicit palæstras; tametsi eadem ipsa ceu egregius quidam hortus sit, ad omnigenum virtutum flores inde decerpandos. Est item theatrum quoddam mirabilium ac prodigiorum Laurentij nostri certamen ac stadium, quin & illustris quædam academia, in qua heroica generosæque virtutes, constantia, fortitudo & infracta in aduersis magnanimitas reapse edocentur.

*S. Laurentii* *martyrium* *sancta* *quædam* *philosophia* *Hunc* *igitur* *ludum* *adire*, fideles Christiani, huic philosophiæ animum applicate; discetis namque hic intentum vehementemque erga Deum amorem, & extremam erga inopes indigentes caritatem: discetis insuperabilem contra aduersa omnia constantiam, indomitam in afflictionibus tolerantiam, mirabilem in persecutionibus generositatem, & videbitis quis aduersus Tartari & mundi insultus & oppugnationes sit gladius vibrandus.

Te vero mundi vindex, afflictorum spes, dolentium solamen, anxiorum & oppressorum asyllum, & gementium auxilium: tu qui inuictam martyribus ad tam generose omnigena probia pro nominis tui gloria toleranda, constantiam & animos suggestisti, qui sanctis tuis aduersus omnigenos mundi insultus & aduersa arma necessaria in manus dedisti, sed qui Laurentio in primis tantum animi, fortitudinis, ac virtutis es impertitus, ut mortem omnium acerbissimam dirissimamque infracta mente perferret: te inquam animarum Redemptor supplices rogamus, nobis ut ad imitationem gloriosi huius Leuitæ, vires

præbeas, quo resistere tentationibus generose valeamus, des in aduersis patientiam, rebus in arctis fortitudinem, in prosperis humilitatem, & quacunque demum in fortuna generositatem. Ut Laurentio gratiam dedisti, hominum simul & angelorum Domine, ad incendia tormentorum perfringenda, ad cruciatuum ardores tolerandos, eandem obsecro nobis ne neges, ut animo, generositate, constantiaque obarmari, delictorum extinguere flammam, & astuantes carnalium animaliumque concupiscentiam ardores suffocare & obruere mereamur, atque inde de efferata brutalium passionum nostrarum tyrannide, & omnibus mundi tribulationibus triumphantes, tandem aliquando decurso vitæ presentis curriculo, ad æternæ gloriæ reposita admittamur; ad quæ nos vnus in personarum Trinitate Deus, atque is optimus maximus, deducere dignetur. Amen.

IN FESTO S. ASSVPTIONIS DEIPARÆ VIRG.

Partitio.

1. De supereminente B. Maria Virginis precolentia.
2. De obdormitione Deiparæ.
3. De conuenientia suscitanda Maria & seruanda ab incurritione.
4. Probabilia res alia super eodem privilegio.
5. De triumpho & gloria assumptæ.
6. De cultu virginis & matri debito.

*Quæ est illa quæ progreditur, quasi aurora: consurgens, &c. Cant. 6.*

FIGVRA.

**M**AGNA illa, prodigiosa & admirabilis: nauis Noe, inquam, arca, postquam longo tempore diluuij aquis, fluctibus & tempestatibus agitata, procellis & tempestatibus concussa innataisset, in montibus Armeniæ tandem sterit. Hodie vero videmus gloriosam Mariam Virginem, veram arcam, quæ: